



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Venatio Sacra. Sive Puer Amissus**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Vox B. Virginis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](#)

*Arbor testis erit, si nouit & arbor honorem.*

*Quid dubitas? Pharijs hunc pia nouit agris. (a)*

*Mi IESV en cedris inscribo; sed opto viator*

*Non aliis, Gnatus quam meus, ante legar,*

*Vel semel hac placidos I E S V S aduerat ocellos;*

*Plus satis est: semper solis id instar erit.*

(a) *Eà viâ quâ Christus Puer in Ægyptum fugit, arbor se Christo inclinavit; adhuc superstes sub Theodosio iuniori. Sozomenus.*

### ELEGIA V.

#### Viæ solarium Filio exoptat.

1. *B. Virgo omnes viarum molestias optat amoliri ab suo Filio.*
2. *Monet Iordanis viam aperiat:*
3. *Et ut cedrus suâ umbrâ Christum tueatur.*
4. *Affectus suos, si redeat, explicat.*

#### VOX B. VIRGINIS.

**Q**VÀ miseræ longinqua trahit diuortia Matris  
Patruulus error, pati me pede vita fugit.  
Quercus ut hibernis luget, squalletque sub astris  
Nuda comis; Gnato sic gemit orba Parens.  
Attramen vnde graues curas solarer, & ætus.  
Improba fraudat opem spes. Amor adde preces.  
Imperium dic esse preces, quas Mater alumno  
Lego: Puer gaudet supplice voce capi.  
Ergo graues Gnato iam deprecor anxia casus,  
Et, ceu mater amans, omnia dextra canam.  
Ah! ne te Boreas, ne Sirius vrat, I E S V!  
Nec stupeant bruto lactea membra gelu,  
Nec Domini teneras via deterat aspera plantas!  
Nil facit ad nolles glarea dura pedes.

Lacisja

Isacijs Iordan via si stetit arida castris, (a)  
 Tu vaga Nympha Deo siste parumper aquas.  
 Siste, pijs equidem reor est ea gratia lymphis,  
     Vt siccum liquido sternat in amne solum.  
 Doris Erythrēis paruæ ne Naiadi crimen  
     Exprobret, immensum quæ scidit vltro fretum.  
 Si se Nympha pio fudit in diuertia seruo;  
     An Puerο, & Domino surda negabit iter?  
 Sin vada deditans, tener ambiat aduena campos,  
     Siria quā Syrios stella deurit agros;  
 Opto, cedrus densis cui nox stat frondea ramis  
     Pretextat Puerο, mitis vt umbra, caput.  
 Persea & ipsa suos quæ flexit cernuā ramos, (b)  
     Dum fugeres Syrios paruulus exsul agros;  
 Fronde pia profugum te rursus obumbret, IESV,  
     Si Pharium memori mente reuisit iter.  
 Est aliquid tenero quæri solamen Alumno:  
     Quid iuuat, hæc inter si perit ipsa Parens?  
 Iordanis pia Nympha vale, cedrique valete;  
     Omnibus his votum gratius ipsa canam.  
 Opto cauam rupem cor induat omnibus aruis,  
     Aduocet vt Verbum vocis imago suum:  
 Tum Puerum, varijs noua quem via distrahit oris,  
     Arctius appresso stringeret ore Parens:  
 Sidereisque oculis raperet noua lumina vitæ,  
     Nox intempestis quam grauat atra malis.  
 Quæ, si vel radium Gnati decerpit ocello,  
     Iris vt à pulchro sole, decora foret.  
 Quin & ab his oculis gelidas vis ignea venas  
     Influeret, queis sit viuidus ignis Amor:  
 Et fugeret, mors siqua meis sedet algida fibris;  
     In mortem, Pueri lumina fulmen habent.

(a) Iordanis se diffidit Hebræis; sic & mare rubrum.

(b) Persea arbor ostenditur in Ægypto, quæ se Puer eò fugienti inclinarit.

ELEGIA